Augustinus, Aurelius: Tractatus in evangelium Iohannis XXIV-LIV

Lorsch, um 800 Seite 24v

Sed si ille quaerit gloriam eius qui eum misit, quanto magis nos eius
qui nos fecit. EXPLICIT XXVIII. INCIPIT XXVIII

AB EO [loco] UBI AIT. NONNE MOYSES DEDIT UOBIS LEGEM ET
NEMO EX UOBIS FACIT LEGEM. QUID ME QUAERITIS INTER
FICERE, USQUE AD ID QUOD AIT. NOLITE IUDICARE SECUN
DUM FACIEM. SED IUSTUM IUDICIUM IUDICATE.

Euangelii sancti lectionem de qua pridem caritati
uestrae locuti sumus, ista quae modo lecta est hodierna se
quitur. Domino loquente, audiebant [et] discipuli et iudaei; ueritate
loquente audiebant et ueraces et mendaces. Caritate loquen
[bono loquebatur, audiebant et]
te audiebant et amici et inimici, boni et mali. Illi audiebant, sed ille
discernebat, et quibus sermo prodesset et profuturus esset. uidebat
et prouidebat. In illis enim qui tunc erant uidebat, in nobis qui futu
ri eramus prouidebat. Nos itaque sic audiamus euangelium quasi
praesentem dominum. nec dicamus, O illi felices qui eum uidere potuerunt.
quia multi in eis qui uiderunt et occiderunt. Multi autem in nobis qui non uiderunt
et crediderunt. Quod enim pretiosum sonabat de ore domini. et propter nos
scriptum est. et nobis seruatum. et propter nos recitatum. et recitabitur et iam
propter posteros nostros. et donec saeculum finiatur, sursum est dominus sed et iam
hic est ueritas dominus. Corpus enim domini in quo resurrexit uno loco esse potest. ueritas
eius ubique diffusa est. Dominum ergo audiamus. et quod ipse donaue
rit de uerbis eius. et nos dicamus. Nonne moyses inquit dedit uobis
legem. et nemo ex uobis facit legem. quid me quaeritis interficere. Ideo enim
quaeritis interficere. quia nemo ex uobis facit legem. Nam si legem fa
ceretis. in ipsis litteris christum cognosceretis. et praesentem non occideretis.
Et illi responderunt. respondit enim turba. respondit quasi turba. non
pertinentia ad ordinem. sed ad perturbationem. Denique turbata turba
uidete quid responderit. Daemonium habes. quis te quaerit occidere.
Et quippe dictum est quod daemonium haberet qui daemones expellebat.
Quid porro et aliud diceret turba turbulenta. quid porro et aliud oleret
caenum commotum. Turba turbata est, unde? a ueritate. turbae lippitu
dinis turbauit claritas lucis. Oculi enim non habentes sanitatem
non possunt ferre luminis claritatem. Dominus autem non plane turbatus.
sed in sua ueritate [potestate] tranquillus. non reddidit malum pro malo. nec ma
ledictum pro maledicto. quibus si diceret. daemonium non habeo, habetis uos

Quaeri non peius fuit dicere daemonium habes, quam eum occidere.

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_207/0054
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991